

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorvm Dialogorum Libri
Qvatvor, Qvos Postremo Ipse Recognovit: Argvmenta
Singvlis Dialogis Praeposvit, Et Sententias Svbiecit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Svnamitis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

abdes. *A.* Corripe Michæam, & eum deduc ad Amonem prætorem urbanum, & Joam regium filium: & jube meo jussu ^{m)} in carcerem concludi, atque ibi pane atro & aqua parce ac duriter pasci, ⁿ⁾ donec salvus redeam. *M.* ^{o)} Si quidem salvus redibis, nihil causæ est, quo minus dicar mentitus oraculum: atque equidem hoc clarissima voce omnibus inculcatum volo.

SENTENTIA.

Falsi vates (quorum ingens est numerus) dicere solent, quæ placeant hominibus, & imprimis assentari Principibus. Veri vates (qui pauci esse solent) assentari nesciunt, & improbis semper dura dicunt. Et quoniam improbi in hac vita dominari solent, fit plerumque, ut veritatis præmium vincula sint & neces. Nam obsequium amicos, veritas odium parit. O mundi potentes, utinam hæc in animos vestros demittatis!

SVNAMITIS. 2 Reg. 4.

ARGUMENTVM.

Elisæus ab hospita sua Sunamitide oratus, ejus filium revocat in vitam.

Elisæus, Gihezi, Sunamitis.

Ecce Sunamitidem illam, hospitam nostram, Gihezi: curre ei obviam, rogaturus, utrum valeat ipsa, & vir, & puer ejus. *G.* Faciam.

I 4

Salve

^{m)} Hæc dari solent a malis principibus præmia veritatis.

ⁿ⁾ Sibi polliceatur mali, quæ penes unum Deum sunt.

^{o)} Veritatis inconcussa constantia.

Salve mulier: Satisne salva es, et tuus maritus, & mihi
 puer? valentne? *S.* Valent. Sed sine me perire
 venire, quo volo. *G.* Quonam properas? *S.* Ad divinum
 tuum herum. *G.* Nescio, quid novi videtur accidisse
 huic mulieri. Sed quid istud rei est? *S.* Heus mulier,
 tu ne audes pedes vadis complecti? *G.* Apage. *E.* Sine
 eam: animo ejus male est. *F.* ^{a)} quod me Jova celavit. *S.* ^{b)} Petieramne
 te filium? an non admonueram, ne mihi imponeres?
E. Accinge te Gihezi, & cape meum baculum, atque
 abi: si quem offenderis, ne salutator: salutatus,
 ne resalutato. Ubi eo perveneris, bacillum faciei
 pueri imposito. *G.* Eo. *S.* ^{c)} At ego profecto
 nunquam te omittam, quin una mecum venias. *E.* Age
 sane, tuæ voluntati obsequar: præi, jam te sequor. *G.* Here,
 feci ut iusseras: sed puer neque vocem edit, neque potuit
 omnino expergefieri. *E.* Ne trepida mulier, introeamus
 cubiculum. *S.* Hic quidem plane mortuus jacet in meo
 lectulo. *E.* Exite foras, & me hic relinquire solum
 cum solo, clausa janua. *G.* Nescio, quid magnum
 expecto: non abs re sese conclusit intus. *S.* Faxit Deus,
 ut natum recipiam. *G.* Hospita. *S.* Quid novæ rei est?
G. Salva es, visus sum audire sternutantem puerum.
S. Revixi, si vnum prædicas. *E.* Heus Gihezi. *G.* Me
 vocat, quid est, here? *E.* Accerse huc mihi

a) Deus non omnia uni patēfacit.

b) Aut dari non oportuit mihi filium: aut datum non auferri.

c) Fidei perseverantia.

tus, & mihi istam feminam. *G.* Te vocat. *S.* Adeo.
 ne perire. *E.* Recipe jam tuum filium incolumem. *S.* O
S. Ad divine vir, quas tibi gratias agam pro tanto mune-
 tur accipere? *E.* Deo hoc totum acceptum ferendum est,
 rei est mulier, non mihi, qui per me possum nihil.

SENTENTIA.

*Fides est omnipotens. Suorum preces, quamvis
 maxima petentium, exaudit Deus.*

NAAMAN. 2 Reg. 5.

ARGUMENTVM.

Naaman Syrus ab Elisæo a lepra sanatus,
 ei gratias agit, & dona offert: Sed quæ
 Elisæus non accipit. Deinde digressum
 Naamanem consequutus Gihezis, Elisæi fa-
 mulus, ab eo pecuniam & vestes aufert per
 mendacium: eamque ob causam ab Elisæo
 reprehensus, fit leprosus.

Naaman, Elisæus, Gihezis, ministri Naamanis.

Revertor ad te, Elisæe, & meum tum in Deum,
 tum in te peccatum confitens veniam peto.
E. Quidnam peccasti? *N.* Cum tu per ministrum
 tuum jussisses corpus in Jordane septies immer-
 gere, si a lepra (cujus depellendæ causa veneram)
 sanus esse vellem: primum indignatus sane sum,
 & me tibi despiciatui esse ratus, quod tantum mi-
 nistrum ad me misisses. Nam speraveram te
 ipsum exiturum, & invocato Dei nomine manum
 loco admoturum, & ita morbum sanaturum.
 Deinde indignum mihi videbatur, tantum tribui

